

Kreis  
Steinfurt

S 199

1283 Juli 15.

[100

Bischof Eberhard von Münster bekundet den Verkauf des Erbes Hilsing, Rsp. Nordwalde, Bschft. Westerrode, an die Kommende Steinfurt.

Everhardus, Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus, omnibus in perpetuum notitiam rei geste. Quia, quod geritur in tempore, facile labitur cum tempore, nisi durabili literarum testimonio roboretur, hinc est, quod nos universis et singulis tam posteris quam modernis, ad quos presens scriptum pervenerit, notum esse volumus, quod constituti coram nobis Wiboldus prepositus, decanus et capitulum ecclesie sancti Mauricii extra muros Monasterien(ses) recognoverunt, se publice domum quandam dictam Hilcekin sitam in parochia Nortwalde, pertinentem custodie dicte ecclesie, in qua W. prepositus, decanus et capitulum predicti habuerunt decem solidos nomine pensionis annuatim, una cum pensione sua predicta et aliis attinentiis suis omnibus pro triginta marcis Monasteriencium (!) denariorum fratribus hospitalariis in Stenvorde vendidisse in perpetuum libere possidendam, dictam domum cum pensione sua et omni iure, quod in ipsa habuerant, plene et plane in manus fratrum predictorum in Stenvorde resignando. Quas etiam triginta marcas W. prepositus, decanus et capitulum sepefati recognoverunt se integraliter recepisse. In quorum testimonium tam nostro quam honorabilis viri W. prepositi prefati necnon capituli ecclesie sancti Mauricii memorate sigillis presens pagina munitur. Datum anno Domini M<sup>o</sup>cc<sup>o</sup>lxxx<sup>o</sup> tertio, ydus Julii.

Orig. 3 Siegel. VIII. Rep. II. 1. b. 22. Nr. 2. Kopie im Kopiar B fol. 86; danach Regeß Nießert, V. S. 75, Nr. 3.

199